

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 11 : De Erichthonio

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 11 : De Erichthonio](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 12 : D'Erichthon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 11 : D'Erichthon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 11 : De Erichthonio, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/948>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Érichthonios](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

τετράποδος θεός εἶναι τε. Καὶ τοπερ χαλκίτης μάρμαρος. Αἴγαος Πανδίονις φίλιος
cum imperaret Atheneis Metam primum Hopletis filiam vxorem duxit; po-
stea Chalcopen secundo natam ex Rhexenore. Sic Zezes hil. 142. chil. 7.
illi alios mares fuisse inquit;

τετράποδος θεός εἶναι τε. Καὶ τοπερ χαλκίτης μάρμαρος.
Ζεύς μάρμαρος τετράποδος θεός εἶναι τε.
Regi Athenarum nomine Pandioni
Mares erant filii, duxq; filiae.

Hec cum ita sint, miratus sum cur scripsicerit Pausanias in Atticis, Pandionem
nulos habuisse filios, qui suas iniurias persequerentur, quas a Rege Thra-
cig acceperat: nam si noluisset filios iniurias persequi, dixisset, facile illi af-
fentirem. Hec pauca dicenda duxi de Pandione, cum filiarum fabula supe-
rius explicata sit, ut si qua ibi desiderarentur, hinc accipi possent. Atq; cur
sinta sint hec, ex illis superioribus arbitror patuisse. At nunc de Erichthonio.

10

De Erichthonio,

Cap. XI.

Enī numero dictum est superius, Vulcanum cum arma Ioui, quibus in bel-
lo aduersus gigantes vius est, fabricasset pro laboris diligentia que mer-
cede obtinuisse, ut Iupiter iuraret per Stygiam paludem quodcunque
poposceret, se illi concessurum. At Vulcanus Mineruam nuptias, cui Iupiter
perpetuam virginitatem concesserat, postulauit: id abnuere quidem non
potuit, sed clam Mineruam monuit ut reluctaretur. Cum igitur Mineruam
adūisset Vulcanus, dicitur inter luctādum semen profudisse, quod in terram
fusum in hominem conuersum est: quare inquit Pausanias in Atticis huic
patrem fuisse neminem mortalim, sed quoniam ex terra & contentione sit
genitus Vulcani, ita fuisse nominatum. Hunc terrigenam & inter serpentes
educatum fuisse scripsit Eurip. in tone hoc pacto;

20

αρχέσθε νέοις ευζώεσσε, Τέττα προσεῖς
εριχθίων. κατέ μήπ οἶδες αἴρε
φρυγάνας απεργνάσσεις πολλακες πολλακες
διατη δράστη, απεργνάσσεις
αίρεται σύζητος. Εθειριχθίων ιανός
Νέπος της θεώς, έφιστε χρυσοδάστηα
τρίσιον τινός.
Seruans auorum legem, & è terra sati
Erichthonii. Iouis puella namq; ei
Duos dracones corporis mox addidit
Custodias, deinde seruandum dedit
Atheniensibus puellis. mansit hinc
Mos ille Erechtheidis ut ornent filios
Serpentibus aureis.

30

Allii tamen dictum fuisse volunt non à contentione, quam ^{τε} significat, sed
dei τε ipius, a lana scilicet, qua Minerua femur sibi abstulerit, cum semine
Vulcani inquinata fuerat, in terram coniecta. Inde postea dicti sunt terrige-
ni omnes Athenienses. Neque vero Erichthonius solum, sed etiam Erech-
theus dictus est; sic enim illum nominauit Homer. in Catalogo;

40

17

Mythologiae

et d'atrum ex locis suis, mithras,
aenam (peccata) suadentes, se necesse
d'atrum esse d'atrum, et r'c'p' p'p'.

Vrbem praeclaram coluerunt isti at Athenas.

Fortis Erichthei populum, quem nutrit olim

Nata Iouis Pallas, peperit quem d'atrala tellus.

- Fabulantur huic crura fuisse anguis similia, quem recens natum à Mineru suscepimus in eisnam fuisse absconditum inquit. Hanc Aglauro custodiendam commisit. Hersæ, Pandrosoque sororibus, easq; admonuit ne curiosius quid intus includeretur, inspicerent. Fertur Pandrosus quidem paruisse Dex mandato, ut sorores aliz cista resignata Erichthonium inspicerent, quo viso ita furiis repente percitæ sunt, ut se de altissimo & præcipito arcis loco præcipites miserint, ut ait in Atticis Paus. Nec defuerunt, qui Vulcani & Athenæ Cranai filii Erichthonium filium fuisse tradiderint. Seripsum reliquit Apollodorus libro tertio Erichthonium postea fuisse à Minerua in templo educatum, qui cum adoleuisset, regnumque Athenarum accepisset, Mineru altricis signum in arce crevit, & Panathenæa solennitatē in honorem Mineru instituit, cum tamen non defuit, qui à Theseo illa instituta maluerint. Hic ducta Pasithæa, siue, ut aliis magis placet, Phrasitheæ Nympha filium Pandionem qui postea in regnū successit, suscepit, & Orythiam, & Procrim filias. Fuit autem Erichthonius quartus, qui regnauit Athenis, cum primus omnium mortalium Cecrops ex Aegypto proiectus urbem Athenarum condiderit, eamque de nomine Palladis, quæ Sais apud Aegyptios vocabatur, ut ait Charax Mitylenzus, Athenas nominauit. Hunc hominem biformem fuisse fabulati sunt, cum partem corporis inferiorē haberet draconis, superiorē hominis; quodd alii ob Aegyptiæ Graecæque lingue peritiam fictum fuisse arbitrantur: alii quod & prudentia & robore prestat. Alli quia leges prior tulerit de matrimoniosis apud Athenienses, cum nemo patrem ante, sed matrem tantum cognosceret, quia cuius ad quamvis accedere mos fuit. Hunc igitur biformem fuisse dicunt, quia per illum ambos parentes singuli cognoscerent. Ego sane longe diuersam ab his omnibus habeo sententiam, quippe quod putem partim draconem partim hominem fuisse Erichthoniū existimatum, quia is vtruncq; & severitatis & clementiæ tempus rectè cognoverit. Et enim optimi ac sapientis Imperatoris & humanitatis & asperitatis opportunitatem posse diuidirare, cum alij nationes alijs temporibus magis asperitate & metu, aliz iucunditate magis commode regantur. Hic Erichthonius dictus est ad occultandam crux turpitudinem quadrigas excogitas, quare ita de illo scripsit Virgilius libro 3. Georg. Primus Erichthonius curtus, & quatuor ausus 40 Jungere equos.
- Post Cecropē igitur regnauit Athenis Cranaus, cui successit Amphiçyon, quem hic de regno deiecit. Fuit alijs Erichthonius, de quo meminit Apollodorus lib. 3. qui regnauit Troit post ilum, qui de Aslyoche uxore Simoëtis filia Troem genuit, ut ait Hom. lib. .. Ilia. Atque tot dicta sunt de Erichthonio fabulose. Illa breviores nos faciunt in hoc loco, quæ superius explicata sunt, cum de Volcano loqueremur, vbi patuit cur è Terra & Vulcano Erichthonius dicatur esse genitus, & quid esset Minerua, quæ perpetuum obtinuisset virginitatem. Hæc igitur purissima pars est, atferens ē capite Iouis data.

nata, è qua nulla nascuntur animalia; at Vulcanus impurus est, in materia ignis, sive calor potius, qui generationem adiuuat, & in terram decidens multipliciis gignit animalia; quare tuis & terrae filius Erichthonius tam diuersae forme dicitur fuisse. Atqui furorem immixtum tuuisse sororibus Pandro si dixerunt idcirco, quod non paruerint Dex monitis; qua re significabatur contra Deorum mandata non conferre esse curiosos, cum multis mortalibus id sepius calamitosum fuerit, nam multi quia consiliorum secretorum essent consciit per insidias clam de medio fuerunt sublati. at de Achille nunc pauca dicamus.

10

De Achille.

Cap. XII.

Explicata fuerunt suo loco illa omnia propè, quæ pertinebant ad Thetidis nuptias; & quod illa à Peleo in matrimonium dacta preter ceteros filios Achillem etiam illi genuit, cum vero per noctem sub igne filios Thetis occultaret, ut quod mortale illis esset ita eximeret, filii reliqui omnes mortui sunt: at Achilles per diem ambrosia perunctus, & per noctem sub igne occultatus dicitur aliquandiu perdurasse, donec à Peleo deprehensa illa irata se in numerum Nereidum receperit. Sic igitur Achilles ab igne seruatus Pyrisous primum vocatus est, atque cum labrum tamen excusum fuisse, quod cum lingeret infans, ambrosia non erat perunctum, dictus est postea Achilles. Alii in lebetem bullientis aquæ infantes ab ea iaci solitos inquiuerunt, ut experiretur an mortales geniti fuissent. Achillis tamen matrè Dorion & Chalcidicus Dionysius non Thetim Nerei, sed Chironis filiam fuisse voluerunt. Daimachus contra Alexandrinus in lib. 2. Reditum Achillem Caloes nymphæ filium fuisse sensit. Scriptum fuit ab Apollodoro lib. 3. Achillem à Peleo suscepsum de portatum fuisse ad Chironem, quæ ille amantissime educauit, atque leonum visceribus illum nutriuit, aporumq; & vororum medullis, lactis prossus ignavum ut est in his verbis Euphorionis,

20

Ille puerus ex aliis exponitur.

39

Tunc rupiderit ut exaltis quæsaverit.

Nescius omnino Iactis Phthiam petit, illum

Quare Myrmidones dixerunt nomine Achillem.

Quod autem Achilles, à iustissimo Centaurorum Chirone educatus sit, ita tellatur Euripidis Iphigenia in Aulide;

Ἔτι πάντες οὐδὲ μη καὶ φέρεται.

Ὕπερ δέ τοι πρότερον, οὐκέτι τρέπεται.

Ιερὸν οὐδὲ πειθεῖτε τρέψεται.

Χαρίστε, θυσία τούτη, τρέπεται αὐλαῖον ἔχεται.

Quandoque dulce sit patrum dignoscere.

Quandoque confert plurimum dignoscere.

Ego viro à pio educatus sum puer

Chirone, mores simplices tantum imbibui.

42

Fama est Achillem à Chirone auro euditum fuisse, à quo preter citharæ pulsanæ artem, & usum herbarum, peritiam venandi & iaculandi & artis medicæ, leges æquitatis & prudentiæ edoctus fuit. Idem cum annum ætatis sue nonum expieuisse, pronuntiassetq; Calchas uates Troiam sine Achille capi non posse, quia responsum tulisset à matre sibi in eo bello, quod aduer-

Bbbb sus